

Nostris stat sententia consistere apud Augustanam confessionem & apud Philippicum corpus doctrinae. In vitium ducit culpa fuga: si caret arte. Nam et illa formula quam dixi, ab Augusti arce dissemi-  
 nata, pariter est, & dici debet Augustana. Nec est ullum humani ingenij doctrinae corpus, quod pro-  
 cadavere ducendum non sit. *Act. Sur.* Scriptura vice locorum statuat. Coryphaeus noster diu illam for-  
 mulam inter manus versavit, communicatam cum suis, multaq; rescripsit. Meam conscientiam remouit,  
 vel quia non satis fidelis Scholastico: vel quia non convenit Grammatico. *ro. Theodor.* Neg; id  
 molestum est mihi, qui primus omnium personam se quid erit mali, quando huc formularij gregatim  
 (infama est.) Venient. Confessionem expressam ab Ecclesijs & Scholis iuxta consensus sui formulas pos-  
 tulaturi. Jam pridem enim Molani imprimis nomen ad illos Septem viros delatum, foetet in Saxonia. Et  
 tamen Christi bonus odor. Dei beneficio sumus. Eximie vir quem ut primum cognovi, semper feci maximi:  
 quam deformata nunc videtur pietati tuae totius Germaniae doctrina: mirum ni pertinent omnia  
 ad defectionem & ruinam. Heidelbergae noster Mylius quo nihil erat innocentijs, excidit loco &  
 fortunis. Scripsit se venturum Bremam, cum Deo. Si venerit: poterit hanc hyemem mecum  
 quiescere, nostrisq; rebus uti, fruiq; ut suis, donec illuc eat, stabilem apud vos suarum rerum  
 sedem sortiturus. O tempora! Quam gaudeo me non jam procul a terra veri viventium  
 abesse. Superioribus diebus a Gallijs huc auspiciato se appulit Henricus Vossius olim bonis  
 litteris a me imbutus, is mihi donavit vini vasculum, & me in his angustijs valde resocillavit.  
 Eius Pater Bredae habitat. Vobis non ignotus. Utinam adolescenti aliquid boni facias mea causa.  
 Vale. 15. Septembr. 1577. in Schola deserta. Bremae. *Joh. Molanus.*

Pax Christi. [An Thomae]

Ex tua Epistola, quam ante annos novem ad me misisti felicissime Thoma, cum magno gaudio per spem  
 tuam respicientiam ab impijs superstitionibus, tuam fidem in Iesum Christum: tunc denique incredi-  
 bilem ardorem pietatis, qua incensus, volentis semel immensis opibus, & fallacibus delicijs: magno  
 animo, in istud in ops, & in amorem vitae genus transiisti. Remota sane haec heroica virtus est  
 a sensu & viribus humanis: Deus autem fidelis est, & verax constansq; qui sicut gratis tibi illuxit  
 per Spiritum regenerationis: ita eadem liberalitate, ornatum dono perseverantiae, confirmabit usque  
 in diem adventus Christi. Quem admodum autem discipulorum delicta in Magistrum refundi solent:  
 sic ego si qua laus est, se quod honestum nomen & virtutis, in eo qui olim auditor fuit, ejus aliquam  
 portunculam existimo ad meum decus pertinere. Hac tamen lege ne quid derogetur gloriae DEI:  
 qui unus est omnis laudati operis inceptor & perfector. Ut igitur non offeram me in istius  
 laudis societatem: at tamen meo quoda jure gratulari tam bene rem gerenti debeo, & partem  
 tam solidi gaudij mibi me ipsi vindicare. Quam autem (quantum intellego) magnum & difficile  
 onus sustineas in Ecclesia ab arboribus erroribus ad cognitionem veritatis revocanda, quod nihil est  
 aliud, quam cum Excoetra negotium habere; vel Augur (quod ajunt) stabulum repurgare, nisi Spi-  
 ritualibus ~~anti~~ muneris dignitatem intueamur: commiseratione magis: quam gratulatione  
 dignus videri. Quibus enim quisque est cui hoc sit persuasum, eronnas, exilia, obrectationes,  
 odia, oppressiones, Evangelij nomine, in maximis DEI beneficijs deputandas esse? Sola Ecclesiae  
 fides hoc arcanum scrutatur. Haec esse certam & non vulgarem divinae gratiae dignationem, quae  
 ab omnium rerum affluentia, tanquam a Materno lacte depulso, eo nos adducit, ut pro ipsius  
 nomine, molestias, damna, contumelias, carcerem denique & mortem perpetiamur. Haec sunt in-  
 signia quibus Pater Coelestis, electos decorat, praesertim quos eximie charos habet. In his orna-  
 mentis S. Paulus familiaris tuus, mirifice sibi placet, neg; praefere dubitat maximis summorum  
 principum triumphis. Sed ego ista incepte apud te discipulo, qui per nosti probe, crucis toleran-  
 tiam qua refingimur ad imaginem filij DEI nostrae salutis ~~in~~ esse, si modo DEI gratia  
 freti, stemus intrepidi, fidem, bonamq; conscientiam retinentes. Itaq; ejusmodi sermonibus meum ip-  
 sius animum confirmo, qui videam toti Saxoniae nostrae horrendam quandam impendere tempe-  
 statem, qua jam pridem quamplurimos in fadissimam defectionem involvit. O ter miseris ho-  
 mines quamvis institutos rebus optimis, qui persecutionum terrore, abiciunt confessionem Chri-  
 stis

1768

153

N. 312)

[Hier. a. 12:

N. 297]

# Spectata

factis IESU CHRISTI. Nihil hic valet infirmitatis patrocinium, nihil eis cum Christo est, qui  
ad mota semel ad aeternum manu ignavi respiciunt retro. Saepo meo oculis subijcio illam horribiliter  
comminationem Apostoli. Et quodlibet: *neque enim quis dicit: Dominus Deus meus, et non est, si abnegaverit, et  
ille abnegabit nos.* Vides praecelso vir, & mihi ex animo dilecto, me nescio quo modo semper  
eodem relabi, semper volo *quod dicitur*: oblitus me litteratorem esse. Cui hanc ad te epistolam  
daturus sum, fidelis vir est, qui multis annis in Ecclesia optimo cuiq; se probavit. Carolus  
Gallus ei nomen est, pastor fuit Ecclesiae Hammonensis. Equidem cum amore vestro dignum  
judico. Vale, & me vicissim amae tuae precibus meos conatus sum. Bremae 18 Septembris  
1577. Olim pueritiae tuae non satis fidus custos: nunc Frater in Domino  
Moa Coniunx tibi salutem dicit cum tribus parvis liberis. Iohannes Molanus,  
qui mihi ex ea nati sunt in Senectute.

N. 303

[An. Kennecher, Hum.]

Pax Christi.

[= M. 100  
a. 72:  
N. 292]

Erudite vir M. Hermanni Kennecheri non ignoras quoniam hic loco simus, Stomachari ceperam  
cum de improprio deo fratres Bussy a meo latere discederent: sed quae deinde sequuta est totiq; schola  
dissipatio, paulatim me in gratiam reduxit. Haec tota aetas adusta, in luctu, in squalore & solitudo:  
Aene mihi consumpta est. Sic placitum est DEO et Domino nostro IESU CHRISTO,  
cuius benignitas meam familiam clementer ab incendio defendit. Valuimus enim hactenus  
omnes. Maritus & Mater cum parvis liberis. D. Gulielmo tres liberi peste subducti sunt, &  
ancilla dua, puella ei una relicta est, aq; natu minima: Sed uxor gravida novam spem  
ostendit. Equidem luxu Judocum, elegantis ingenio puerum quem sustulerat ex priore coniuge.  
Is erat iam auditor quarta Classis. non dubium est quin illius filij mors amico nostro fuerit  
perquam acerba. Deus in bonum convertit sanctis suis, quae cumq; accidunt tum prospera  
tum adversa. Laudetur, sanctiq; colatur magnificum nomen eius. Amen. Duo illi Magistri  
Henricus Saleburgius & Antonius Langius etiam nunc apud nos haerent sine sede certa  
aut loco rerum suarum. Saleburgij uxor ante mensem unum Witeberga huc venit cum  
ancilla. Si quid argenti est, bonam eius partem, ignava hyems consumet. Vellem Sale-  
burgio in Schola honestus locus apud vos inveniri posset. Non ad concionandum non  
arbitror eum vobis utilem esse posse propter Misnicum Idioma. Fui ei hortator, ut ad  
Hollandiam animum adingeret. Hic enim apud nos, dum vivit Meninxus nihil spei affluen-  
re potest. Hei miseria. Nuper allata huc fuit & Senatui exhibita novi consensus formula.  
Senatus M. Marco commisit, illo cum suis familiaribus communicavit prolixè. Nos ne  
conscios quidem esse voluit, quam tamen & de nostro capite illic comitia fierent. Videbatur,  
cuius rei periculum nos quoq; concernit: ea res etiam nobiscum communicanda. Ceterum  
ego hunc contemptum nostri suscipere deo fero. In Comitatu Hoyerensi proposita est formula pas-  
toribus quin qua quinta. Ex his unus omnium contemptissimus Johan. Monasterius fuit  
olim mihi dilectus discipulus Bremae, vixitq; deinde Witeberga cum laude, quem opinor  
& tibi notum esse: nullis comminationibus adduci potuit ut impura dogmata subscriptione sua  
approbaret: quod reliqui omnes fecerunt sine tergiversatione. Ita illo sinistro captus oculo plus vidit  
uno oculo dextro quam oculi duo decentum. Mox Comitibus edicto exiit loco & fortunis: non exiit  
Gratia DEI non excidit conscientia bona quae prestantior est angustissima fortuna. Si DEVS aliquam  
oetum Scholarem in hanc Brumam nobis reddiderit est pro sua clementia: operam dabo ut  
recipiamus, qui ab alijs exclusi exterminantur. Quid nostri ad formulam responderint certum non  
scio. Fama est tamen principes Augustum & Iulium atrociter huic Reipub. minari. Sed Brema  
tandem incus maxima: tales strepitus plerumq; negligit. Narrat Saleburgij uxor Valde esse  
miserabilem faciem tum Scholam tum Ecclesiam Witeberga. Omnia simul cum doctrina & moribus  
diffluent ac dilabuntur. Doct. Peucerus ad huc arcte constrictus est, et poeta ille Maior, qui  
nuper maledicendo viris bonis, in gratiam aule redierat: domi sua conscriptus est dicitur.

Faceta